



S &

3703

J. 224.



4

T H E S E S
PRIVATIS DISSERENDI EXERCITAMENTIS
SECUNDO ANNI 1767 TRIMESTRI
MODERATORE
I O. DANIELE TITIO
PHYS. PROF. ORD.
IN VNIVERSIT. LITERAR. WITTEBERGENSI
D E S T I N A T A E

I.

Non gratum esse donum potest, quando eum, qui dat, vbi uelit ablaturum esse scio. Donum enim cum animo recipiendi datum, nullum est. Pariter donum ex alicuius iniuria datum, incertum est, nec dignum nomine. Gratissimum demum est accipientibus, si sciunt, dari sibi, quod nemini est ereptum. *Plin. Paneg. XXVII. Liu. XLV. 44.* Id, vt perpenderent, optarem, qui post mortem liberales videri volunt, Ciceronis praeceptum ob oculos habendo: Qui nocent, vt in aliis liberales sint, non benefici nec liberales, sed perniciosi iudicandi sunt. *Off. I. Liberales enim sunt ex alieno. Adde Liu. III. 1. IV. 60. VI. 41.*

II. Ens, siue finitum, siue infinitum consideres, a posse ad esse, in re singulari nunquam valet consequentia.

III. Possibilitatis tamen conceptus, sicuti ab existentiae, rebusque demum existentibus abstrahitur: sic vniuersaliter a posse ad esse semper valet consequentia.

IV. Initium semper, iniusta impetrandi, per ius fit. *Liu. XXV. 17. XLII. 1. Thucyd. Lib. I.*

V. Locum Liuii XXXVII. 30. vbi in fine Sidoniam nauem, et tractum anchoralem memorat, optime illustrat Baysius de re nauali p. 25. 26. et 134, quem omnes commentatores a Drakenborgio excirati silencio praetergressi sunt. Anchoralia significant funes quibus religata est anchora. *Ibid. c. 31. Lamptera* a vocabulo *λαμπτη* descendit et pharum significat, unde datur signum nauigantibus. C. 58. *ab vltimi Orientis partibus* legit Kolkauii Codex, pro: ab vltimis orientis; reiecto vocabulo *partibus*. Id. XXXVIII. 3. aliarumque gentium sagit-

sagittarii equites intermissi — Legerem cum antiquo Kolkauui codice *equiti*. c. 25, maior multo pars per fidem violati — habet allegatus codex, *perfidet*. c. 31. Las vicus: cod. antiqu. *Lamis vicus*; sicuti in antec. Cap. pro Lan habet accusatiuum *Lamin*. c. 49. Non eodem modo super Aoum amnem — in vet. cod. est super *Acum* amnem.

VI. Homo mortalis est

immortalia ne speres. *Horat. Od. IV. 7.*

VII. Virtus cum diuitiis optima est.

VIII. Loco sapientiae est, alienam stultitiam opperiri. *Tac. Hist. II. 34. Liu. XLIV. 7.*

IX. Vulgo vsurpatur illud: Non esse, vt vnum altare cooperiatur, alterum exspoliandum. *Amirat. XIV. disc. 7. Non si ha à spogliar un' altare per ricoprire un altro.* Q. Fulv. Flaccus censor alter sentiens aedem Iunonis Lacinae deregit, vt, quod Fortunae equestri vouerat, templum regulis his marmoreis tegere posset. *Liu. XLII. 3.* Qui Flaccum imitantur, hodie non desunt.

X. Natura inimica inter se sunt, libera ciuitas et rex. *Liu. XLIV. 24. Tac. Hist. IV. 64.*

XI. Via, quanto tutior, tanto fere longior est. *Liu. IX. 2.* hinc Germanorum: *Guter Weg ist kein Umweg.*

XII. Mortuos exsuscitare solius Dei esse, exemplo Aesculapii, qui mortuum resuscitare volens a Ioue fulmine tactus est, veteres prodiderunt.

XIII. Veritas, quo quaeuis profundior, eo ciuitati inutilior est.

XIV. Color firmamenti coeruleus vnice ex luminis cum opaco mistione oritur. Recentiores cum Neutono et Mariotto, partim ab refractione et reflexione, partim ab colore aeris, causam eius falso deriuant.

XV. Emtorem in re modica decipi posse, iuri non est aduersum. *Alex. Gen. dier. VI. 1.* Hoc enim in bonum ciuem cadit, tametsi bonum virum non deceat. Bonus vir, qualem scriptores Ethici volunt, adhuc desideratur.

XVI. Institutum dispositorum in cursu publico equorum vetustissimum est, et dubio procul Cyro attribuendum. *Xen. Cyrop. VIII. Ex quo certe loco Postarum, vt vocant, antiquitas constat et vsus.*

XVII. Nihil magis historiam rerum vitiat, quam funebres laudes. Namque ars laudandi quiduis dicendi licentiam dedit. *Liu. VIII. 40.*

XVIII. Peccata discipulorum opprobria sunt doctorum. *Sext. Pyth. Sent.*




56 3703


ULB Halle 3
001 552 562



WIP
m.c.







B.I.G.

Farbkarte #13



H E S E S
 RENDI EXERCITAMENTIS
 ANNI 1767 TRIMESTRI
 DERATORE
 IELE TITIO
 HYS. PROF. ORD
 LITERAR. WITTEBERGENSI
 T I N A T A E

I.
 potest, quando eum, qui dat, vbi uelit
 Donum enim cum animo recipiendi da-
 onum ex alicuius iniuria datum, incertum
 Gratissimum demum est accipientibus, si
 ini est ereptum. *Plin. Paneg. XXVII.*
 penderent, optarem, qui post mortem libe-
 nis praeceptum ob oculos habendo: Qui
 int, non benefici nec liberales, sed perni-
 . Liberales enim sunt ex alieno. Adde

e infinitum consideres, a posse ad esse, in
 consequentia.
 conceptus, sicuti ab existentiae, rebusque de-
 er: sic vniuersaliter a posse ad esse semper
 sta impetrandi, per ius fit. *Liu. XXV. 17.*

. 30. vbi in fine Sidoniam nauem, et tra-
 , oprime illustrat Baysius de re nauali
 nnes commentatores a Drakenborgio ex-
 or. Anchoralia significant funes quibus
 . 31. *Lamptera* a vocabulo *λαμπτη* de-
 unde datur signum nauigantibus. C. 58.
 git Kolkauii Codex, pro: ab vltimis orien-
 u. Id, XXXVIII. 3. aliarumque gentium
 fagit

